



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1721. usque ad annum 1724

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1783**

**VD18 90119304**

§. 25. Postrema Clementis XI. summi Pontificis infirmitas.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67596](#)

## §. XXV.

Sæc. XVIII.  
A. C. 1721.

*Postrema Clementis XI. summi Pontificis infirmitas.*

Crebræ, gravesque, quibus Clemens *Guarnac.*  
 Papa anno priori obruebatur, cor- *t. 2. p. 34.*  
 poris molestiæ mortem esse vicinam *Vit. Card.*  
 designabant, quocirca inter gravissi- *t. 1. p. 7.*  
 mas universæ Ecclesiæ curas per plu- *Relat. Con-*  
 res Menses nulla major illius animum *clav. p. 139.*  
 occupabat, nisi ut prius bene mori  
 disceret, quam moreretur: Eapropter  
 S. Palatii Magistrum, quem con-  
 scientiæ suæ moderatorem selegerat,  
 frequentissime accersivit, utque bono  
 sub duce bene mortalitatem impleret,  
 cum illo de rebus Divinis & sancta oppe-  
 tenda morte diutissime differebat: Vi-  
 debatur mortis suæ præscius; dum e-  
 nim die vigesima octava Novembribus  
 publicum, ut vocant, haberet Consi-  
 storium, Cardinales alloquens, aperte  
 testabatur, se ad Divinum Tribunal vil-  
 lificationis suæ rationem redditurum, brevi  
*sistendum admoneri.* Nepoti quoque suo  
 Hannibali Cardinali Albano negotium  
 dedit, ut modestum in Vaticana Basí-  
 lica sepulcrum pro suo Patruo, parari  
 curaret, cui ipse Pontifex sibi hoc  
 epitaphium apponendum composuit.

XV.  
*Hist. Eccles. Tom. LXXI.* G D. O. M.

Sæc. XVIII.  
A. C. 1721.

D. O. M.

Clemens XI. Pont. Max.

Hujus Sacrosanctæ Basilicæ  
Olim Vicarius & postea Canonicus

Sibi vivens poni jussit  
Obiit die... Anno Sal. MDCCXX.  
Sedit in Pontificatu An. XX.  
Orate pro eo.

Observandum plane, quod ipse met marmori annum Pontificatus & mortis suæ *vigesimum* insculpi juss erit, de qua admonitus ajebat, *si quid parum mili supererit vitæ, facile & DIES & MENSIS superapponi poterit*: Eodem Mense periculosa corripiebatur febri, cujus violentia postmodum conversa est in timorem pedum: unde laxata morbi vis omnibus spem fecerat, complures adhuc in menses aut etiam & annos duraturum esse spiritum, paulo post tamen rediere fatales commotiunculae, quibus per omnes venas sanguis torpere, tanta que vi intermori videbatur, ut nec membra nervos, quibus robur suum expediant, nec spiritus viam invenirent, qua se reciprocantis animæ meatus ac remeatus expandant, laxentque. Nihilominus Clemens medicorum ope amissam valetudinem pa latim

latim recepit; die autem decima septi- Sæc. XVIII.  
A.C. 1721.  
ma Martii post oblatum Deo sacrificium  
toto corpore rigere cæperat, ac co-  
pioso sanguine e naribus emissso debili-  
tatus, artibus omnibus totoque cor-  
pore succutiebatur, & quamvis vespere  
remissior esset febris, sequenti tamen  
die occultas vires nova mali accessione  
exeruit, sudorque frigidus per omnes  
proruptus venarum meatus necnon for-  
tior cordis palpitatio manifestiore vitæ  
fugam indicabat. Conclamata jam  
erat tanti Pontificis salus, qui de in-  
stante periculo admonitus, non expa-  
vit ad mortis nuntium, sed melioris  
vitæ spe animatus, negotium exorsus  
est omnium gravissimum præteritæ ju-  
ventutis ætatisque accusationem, qua  
peracta sacro Christi Corpore pro Via-  
tico refectus, ac oleo sancto inunctus,  
Catholicæ fidei professionem singulari  
pietatis sensu emisit: Postea Cardina-  
lem Hannibalem, & Carolum Alba-  
num Nepotes suos accersivit, eos ita  
allocutus? „Vestræ fortunæ cum omni  
„moderatione prospexi; ampliora fa-  
„cere, conscientiæ meæ religio prohi-  
„buit, vos autem folliciti sitis, ut vos-  
„metipso sanctificetis, hoc est enim  
„præcipuum atque inter omnia ponde-  
„ratissimum negotium, orate Deum  
„pro me.,, Enimvero Cardinalis Al-

G 2

banus

Sæc. XVIII. banus duas Sedes, quas in S. Collegio va-  
A. C. 1721. cuas Papa reliquisset fratri suo Alexandro  
vel aliis, Præsulibus pro suo arbitrio con-  
cedi petebat, cui tamen Pontifex respon-  
dit: *Scitis quod Nepotem meum tenere dili-  
gam, nullum autem aliud bonum in hac terra illi  
exopto, nisi ut in timore Dei vivere perga-  
nunc vero tempus monet, ut ad magi-  
seria animum impendam.* Aderant quo-  
que omnes Cardinales ab eo creati  
quot quot tum Romæ agebant, qui in  
gentem Christianæ Reipublicæ jacto-  
ram deplorabant; ingerebant assidue  
sanctissima monita Religiosi Viri, do-  
ctrina, pietate, & dignitatibus præ-  
stantes, qui alternis, statisque hor-  
rium ministerium subibant: ipse etiam  
Pontifex omnes Christianos Principes  
Cardinalem Palavicinum, & Poenite-  
tiarium Majorem rogabat, ut ei fasili-  
dia, & molestias, quas per viginti  
Pontificatus sui annos potius ex hu-  
mana fragilitate, quam voluntatis præ-  
vitate eis irrogasset, condonare velint.  
postea Cardinalem Albanum accercent  
ejusque manum stringens dixit: *Re-  
cipere postremum amicitiae meæ signum, quo  
tibi in hoc mundo exhibere possum, Car-  
Nepos, nihil in hoc mundo magnum erat,  
nisi quod in oculis Dei magnum est: ora-  
omnes Deum pro me. Valete.*

§. XXVI